



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

timum & bonam fidem ordinariè etiam
 requiritur scientia, & patientia eius, ad-
 versus quem præscribitur: *Barth: in L. 1. ff.*
 Nam id commune est rerum incorpora-
 lium, seu iurium possessionibus, usuca-
 pionibus: ut opus sit scientia & patien-
 tia Domini. *Innoc: in cap. bona. de Postul. Prae-*
lat: cum alioqui usurpata censeatur esse
 possessio. *Bald: cit. L. 2. n. 20.* præterquam
 si possessio immemorialis sit. *Laym: lib. 3. tit.*
1. cap. 9. n. 5. & 6. quia hæc præfert præsum-
 ptionem tituli, seu concessionis si capaci-
 tas sit in possidente. Si v. g. possessiones
 beneficii vacantis in ordine ad usucapi-
 endam nemo acquirit: nisi sciat vel patiatur
 is, qui conferre potest, aut investire: vel
 si tempus immemoriale præterierit, quo
 præsumptionem faciat expressæ vel tac-
 itæ collationis factæ. *Laym: sup.*

31. Nota est regula, quod incapax posses-
 sionis est etiam incapax præscriptionis. Quia
 qui jurisdictionem Ecclesiasticam fori et del-
 terni usucapit, non tantùm Clericus esse
 debet, sed etiam in officio aliquo, seu publico
 munere constitutus: *Ioan: And: in cap. Cap-*
cum contingit. n. 19. quando quidem nem-
 er

Jurisdictionis Ecclesiasticæ capax est, nisi
 ex titulo saltem colorato concessionis
 factæ à Prælatis Ecclesiæ: illi autem non
 conferunt jurisdictionem fori externi, ad
 excommunicandum, aliasvè censuras fe-
 rendas, Ecclesiasticas personas punien-
 dum, &c. nisi ratione alicuius dignitatis,
 aut muneris seu officii Ecclesiastici. Re-
 gula pariter generatim vera est, *quòd facul-
 tas quæ alicui ut ordinaria tanquam ex munere
 proprio competit, alteri delegari possit. cap. ult.
 de foro comp.* Talis est potestas Episcopis
 concessa; *cit. cap. ult.* aut Regularibus. *cap.
 cum illor 32. de sent. excom.* Prælatis in certis
 casibus absolvendi à censura canonis. *cap.
 si quis suadente. 11. q. 3* absolvendi item à ca-
 sibus reservatis, dispensandi in irregulari-
 tatibus, votis, juramentis, si cuicumq; Præ-
 lato ratione dignitatis suæ, adeoque ut
 transmissibilis ad successores, seu com-
 muni, seu speciali jure competat, quod
 delegari possit: præterquam quod si ex
 verbis privilegii seu concessionis appa-
 reat eam specialiter factam esse Prælato.
Cap: cit: 32. quia propter officii auctorita-
 tem, & discretionem, quæ in tali persona

præsumitur, magis ad hoc munus v. g. ab-
solutionem à percussione Clerici, idonea
reputatur.

32. Qui potestate ordinaria ratione
muneris sui præditus est, potest eam eti-
am generaliter delegare *Sanch. lib. 2. disp.*
40. n. 13. & 17. v. g. Episcopus committe-
re Vicario suo vel alteri personæ idoneæ,
ut absolvat & dispenset super casibus Pe-
palibus occultis. *Trid: sess. 24. de refor. cap.*
Item super casibus, qui ob impedimen-
tum adeundi Pontificem Episcopales fi-
unt: cuiusmodi etiam est occultum impe-
dimentum dirimens matrimonii, bonæ
fide (saltem alterius conjugis) contracti
Sanch. cit. n. 17. Ratio conclusionis nostræ: quia
cum iurisdictio universalis in Ordinariis
non sit extrinseca, sed intrinseca, jure quæ-
Magistratus debita, non videtur cur in al-
lium transfundi non valeat.

33. Ut proinde difficultas maxima, quæ
in hac materia ventilari solet, procedat
quoad Iudicem delegatum; cui ut satis
faciam quæstioni; *Censeo I.* Certum est
delegatum supremi Principis regulariter
subdelegare posse, ut constat ex *cap: fin. de*
offi: delegati.